

Principem alicui Magnati de principatu optime merito imperiti. Tres tamen adiungit limitationes. Prima est, ut Princeps, praefato locorum habitationes compenses aut tributum diminutione, aut concessione privilegiorum. Quoniam licet ad Principes habeat ea a subditis exigendi qua ad sui suffletationem, splendorem, & honestam oblectationem necessaria & congrua sunt; et cum tamen ab omnibus subditis exigere aquali, proportione servata, distributione tenetur; nee hos pro illis gravare licite potest. Secunda limitatio est, ut non Princeps damna inferat habitatoribus, aut nimia multiplicatione ferarum que vicina loca devastent; aut venationis permissione exercitu. Quare omnia damna que hec subditorum fundis, agris, vineis, venient, relarcere & compensare ad qualitatem Princeps alringuitur. Officium quippe Princeps est subditos a dannis, iniuriis, & opprobriis suis tueri, eorumque bona larta testa custodire. Quare duplex peccatum Princeps committit, dum subditos plus iusto gravat, conunque fundos, legetes, oliveta, vinealium devat: alterum contra proprium officium & munus; alterum contra proximum, tametsi subditum, quem gravandi plus aequo ius non habet. Tertia tandem est, ne Princeps penam, nimium severam, puta capititis, mutilationis, flagellationis, imponat contra piteantes, venantes, & occupantes in ciuiliudo locis. Quia tales actiones non sunt tantorum suppliciorum severitate dignae.

III. Quæst. unius. *Quodnam crimen committunt qui contra edictum Principis, aut communitatibus locis prohibitis venantur, pescatur, occupantur?* Relj. Qui pescantur, aut venantur tempore ventio, aut contra edictum Principis, hos non peccare mortaliter committunt. Auctores docent: tum quia edictum Principis est mera præceptio; tum quia etiam pescatum efficit, defudientis cellavit: tum tandem quia materia levior est. Piscatum enim, & venatio committente, etiam temporibus vetusti, magnum affere nocumentum non solent. Si autem magna animalium fruges fierent, ut si eæ in flumen misse inquinarent aquas, ex quibus hanc homines morerentur, tum pescatum grave contingere, & pescatores dannorum refectioni essent obnoxii. Qui vero in privatu[m] locis circumspectis pescantur, venantur, peccant mortaliitate, & capta animalia refluiere, ac damna refaciere locorum dominis tenentur. Si tamen loca ita ampla essent, ut pescato pescato, & teratur captura difficultas foret, quo in calu domus locorum dominorum

nium in feras, & pīces nō haberet; tum non capta animalia, sed dama tantum illata refarcire, pīcatores, & venatores debent. Similiter graviter peccant, & restitutio-  
nem onere affricti sunt qui fatos agri, qui  
vineas, segetes, plantas venatione deviant,  
quando heinc gravia locorum dominis dampa-  
lequantur.

IV. Personis quibus venatio prohibita est, sunt Clerici, & Monachi. Non tam o[mnis] venatio vetita sita est, sed clamoris plena, que felicitate canum, equorum, armorum strepitu peragitur: tum quid similius venatio perlonas Deo factas dedecet; tum quod occasio[n]es sit in canes, accipitres, equos, quod dilapidandi bona qua[nt]a in pauperes distribuenda essent. Venatio abique strepiti, & clamore, nisi sit frequens, & immoderata, non videatur iisdem vetita iure communis. Episcopi tamen absolute Clericis suis prohibere eadem valent. Monachis quorum Monasteria vivaria, & saltus habent, in quibus fore existunt, non est prohibitum easdem feras occidere, ut indicare videatur Clemens V. cap. *No in agro de Statu Monach.* Porro a venationibus dummodo tamen, abudit Pontifex, *infra Monasteria, seu domos eius habitant, et coram clausis venatis canes non tenent, ne versiones prefatim exhibeant.* Absoluto tamen dedecet hunc datum tam sancta proficie[n]tia Deo factatum, erarum sanguinem fundere: nec honestari creationis prete[x]ta valer, cum oblefaciens et qualitas congrue stutii monastico debeat. Excipe calix fornitos. & raro.

V. Quando autem Clerici operam dantes  
eationes clamores peccant mortaliter, de-  
nit absoletus non valet, sed prudentius  
arbitrio remittendum est. Spectacula sunt  
circumstantia, frequentia, tempora &c. Epi-  
copi venantes modo dicto, suspendi tribus  
temporibus a communione. Presbiteri duo-  
bus, Diaconi ab omni officio ibuntur; ut  
potest cap. Quorundam diff. XXXII. & exp.  
Cleric. venat. Tempora quibus venatio  
interdicta est, sunt dies festi, & euriales.  
racimo tamen scandalis, si sacram audiatur,  
ieunia serventur, docent communione  
esse peccatum mortale venationem a  
clericis his diebus peractam. Sed circum-  
stantia, & frequentia potissimum spectari  
debent. Piscatio tamen moderata nec Cle-  
ricis, nec Religiosis absolute interdicta est,  
Apolito, etiam post nomen Christi da-  
adem exerceretur. Piscatores die-  
bus festi usus necessitatis causa, con-  
seruanda investigantur; licet absoletus, ut  
col-

DISS. I. DE IUR. NOT. MAT. Oct.

colligitur ex cap. *Licet de feriis*, inter opera servilia pisticatio ex officio frequentata computetur. Quoniam Pontifex in *cir.* cap. cum aliquibus dispensavit, ut feriis diebus pisticarentur, addita obligatione elemosynae in pauperes eroganda.

C A P U T XI.

*Qua via silvarum, montium, & pascuorum  
dominae acquirantur.*

**S**ilvarum, paucorum, & montium do-  
mini sunt populi quibus hac viciniora  
fuit, iure gentium spectato. Nei qui domi-  
natur in his populis, sibi prefata adjudicata  
re valent, nisi peculari aliquo titulo eadem  
acquisierint. Quare si damna his locis  
accident, non secus ac oppidanis, rela-  
tive eadem debent. Postulant vero, quemad-  
modum cives, & privati omnes, immo poti-  
ori iure, in his locis ligna cedere, animalia  
ad palcus mittere. Sunt etiam montes, fili-  
pa, pacia inter continuos vicinioque po-  
pulos communia, & tunc quaque populorum  
cedere arbores, armenda ad palcus ducere iu-  
re potest; cum enimdi fructus aut primi  
occupantur ex illis populis.

II. Principes tamē popolorum, aut communitates ipsa prohibere valent, ponis adiecit, ne certis temporibus ligna cedantur, animalia ad palus immittantur, ob bonum communem; ne major lignorum quantitas est silve transferatur, ne talis species arbores scindantur, aut nonnulli potquam adoleverint, & ad tantam grossitatem, & magnitudinem pervenerint. Quia haec omnia tendunt ad conservacionem silvarum, nemorum, & paucorum. Præcio hoc fine, fieri prohibito nequit: quia singuli ius habent ad eufradiū communium locorum fructus capiendos; & hoc iure spoliari nequeant, ipsis non conscientibus. Heine eit quod, ut advertunt communiter Theologi, pena qua prohibitiōni addi a communitate, aut Princeps contra transfigerentes solent, debent esse moderatae, & leves, ac culpe respondentes. Quare si ut gravis, absolute loquendo, & præcio aliquo ingenti damno, non ei violatio similiū edictorum; ita adiecit pena graves esse non posunt ad proportionem cum delito severandam.

III. Committit Theologi docent, ut mox indicavi, non peccare mortaliter oppidanos, civeque qui contra prefata edicta armata in palma immittunt, & ligna cadant; nisi ligna magni valoris essent, & publicis adi-

Conc. Theol. Tom. VII.

cis necessaria, graveque dantum inferre  
publico bono: tum enim & peccatum grave-  
toret, & refarci rit pro viribus dantum de-  
bet. Similiter plurim oppidorum populi  
qui contigua palca, silvage habent, non  
peccant, dum ligna cedula quandoque pro-  
misces, scindunt, aut armenta reciprocis  
palca immittunt; nisi adit laus, aut ins-  
gens dantum, quod raro accedit. Sicutem  
tamen sunt pacta, conventiones, & confus-  
tudines populorum.

IV. Peccant tamen illi qui arminta mis-  
tunt ad pacu[m] distantius oppidorum, quo-  
rum incole nequeunt, aut non solent vivificari  
propria animalia in eundem pacu[m] con-  
ducere, aut ligna cadere: quia tunc nulli  
est mutua compensatio, nec tactus confon-  
fus. Idem potioris iure dicendum est de iis quod  
in privati aliquic[u] domini pacu[s], & filii  
animalia pacunt, aut ligna cadunt. Ibi pri-  
materia gravitate peccant mortaliter, & ac  
restitutionem obfricti sunt. Ad restitutione-  
mum quod attinet, attendente sunt circu-  
stantia. Nam dannum illatum pacu[s]  
aut filiis amplius, & communibus, non erit  
obnoxium reparationi; quod efficit, si illatum  
pacu[s], vel filiis aliquic[u] privati fuisset.

C A P U T X I I

De rerum inventarum dominio

**I.** Plura disertienda propositus tirulus exhibet, quae ego diffinisci quatenus explicabo. Et primum omnium doctrinam. **S. Thomas**, qui paucis omnia esse enucleandis comprehendit, primitio. Hac autem illa est. **z. quast. lxvi. art. 5. ad 2. constituit.** **Quodam** fuit que nunguani fuerint in bonis ecclesiis, scilicet lapilli, & gemme, que immen-  
tumur in litora mari. **C.** talia occupant  
conceduntur. **E**cce ratio est de thesauris  
antiquo tempore sub terra oculata, querum  
nisi existat aliquis possessor; nisi quad secundum  
leges civiles tenentur inventio dare me-  
diatorem domino agri, si in alieno agro invenie-  
rit. Proper quidam in parabolâ Evangelii dicta-  
rebat Matr. xxi. de inventori thesauri ob-  
scinditi in agro, quod emit agri, quasi ut  
haberet ius possidendi eorum thesaurum. **O**nde-  
dam vero res inventae fuerint de propria in  
allicius bonis; & cum si quis eas accipiat non  
animo retinendi, sed animo restituendi domi-  
no qui est a pro aerebus non haberet, non com-  
mittit furum. **E**t similiter si pro derelictis his  
beantur, & hoc credat inventor, nec fibi  
eas retineat, nos committit furum: alias tuas

*tem committitur peccatum furti.* Unde Augustinus dicit in quodam homili, & habet xii. quest. v. Si quid insensiti, & non redditivi, rapuerint. Tria distinguunt S. Thomas bonorum genera. Alia que nemo unquam possedit, ut gemma, aut margarita in mari extantes; aut si aliquando dominum habuerunt, amilia fuere, & pro derelictis reputantur, huius primi occupantis. Alia sunt thesauri, qui licet iure nature sint inventoris, iure tamen positivo eorum dimidia pars domino agri debetur. Tertii generis sunt bona perdita, que de propinquo dominum habent, & inventor, qui sibi eadem retinet, furtum committit. Si dominus notium habeat, aut habere possit. Si tamen de propinquo dominum non habent, sed longo tempore eo caruerint, ut sunt illi que pluribus annis fuerunt submersa in fundo mari, aut fluvio, & fortuito inde extraacta, et ait que dominos nolit amplius in suo habere dominio; pro derelictis reputantur. His praemissis, queruntur qualibet tota materia explicatione.

II. Quest. I. *Cuiusnam sint bona derelicta?* Resp. Antequam de bonis derelictis verba facio, in memoriam revero doctrinam S. Thomae, inquisitus, bona que nunquam dominum habuerunt, fieri primi occupantis, iure nature spectato. Pollunt tamen Principes circa pisticationem margaritarum, & lapidum leges condere, quibus conditions praescibant, & tributa imponant praefatae capitibus.

III. Ad interrogationem itaque respondeo, bona derelicta esse primi occupantis, ut idem S. Doctor affimat. Tunc autem vocaturius, bona vacanta nuncupantur. Hac bona applicari nico solent, nisi leges peculiares eadem delinquent in pia opera distribuenda. Quemadmodum bona peregrinorum decedentium linea tellurante, Episcopus ergo in opera pia debet, ut declaravit Authentica Omnes peregrini cod. commun. de successo. Si peregrinus intellatus decellerit, ad bohipitem nihil pertinet; sed bona ipsius per manus Episcopi loci, si fieri potest, hereditus tradatur, vel in causas plus erogentur. Si tamen in hospitio peregrinus decellerit, habeatque xenodochium privilegium quo eidem adjudicentur bona peregrinorum sine testamento decedentium; tum hospitiale heres efficit.

IV. Quest. II. *Bona naufragantium fuit me primi occupantis?* Relp. Negant omnes. Quoniam eiuniodi bona pro derelictis a nemine habentur. Nec enim illorum domini voluntarie eadem in mare proieciunt, sed necessitate aut vita fervantur, aut vitanda mali. Quare quae eadem inventa sibi usurpat, peccant mortaliter, & ad restituendum tenentur. Et in Bulla Cane excommunicatione subiungunt illi qui Christianorum naufragantium bona in littore inventa sibi usurparunt, animo eadem non restituunt. Et si quis sunt leges que prescrivant, praefata bona applicanda esse locorum dominis, in-

iusta reputantur ab omnibus, & iniqua illa refutandu[m] domino, & is, cum possit, minimum ignorent, nequeaque illum debita adhibita diligenter reperi; tum ea pro derelictis habentur. Idem dicendum de bonis qua incendio, aut alio periculo percurent. Neque haec inter derelicta computantur, sed domino reservanda sunt, etiam in totum peritura effient. Quare si flamme bona surripit, etiam si ablumenta suistunt, non propterea tua, sed domini sunt, pretio tibi pro labore & pericolo soluto. Nec est quod cavillaris. Nisi mea industria falsa facta fuissent, omnino bona illa perirent. Verum habet. Quid vere inde? Boni aliena, non tua, servali.

Neque haec conservatio efficie ut aliena tua sint. Industria, periculum quoq[ue] suffert, infra suspendit merentur. Ceterum quidquid adferre fortuna superfit, domini est; ut si fauibus ferae cripas ovem, aliudne animal, ad dominum attinet, etiam si ablumenta sine fine tuta industria fuissent. Communia haec omnia sunt penes Autores. Quae vero ex fluminis inundatione colliguntur, utrum inter derelicta colloquenda sint, ex circumstantiis indicandum est; ut si premium tecum foret, si industria capientis parum difficeret a rei capite valore, si dominus nimis dulfans esset, aliquique accidentibus. In dubio tamen semper est in domini favorem praudentum.

V. Quest. III. *Quibus applicanda sunt bona vacanta?* Relp. Que qui mortis sine facultate reliquisti, nisi habeat heredes necellarios, bona vacanta nuncupantur. Hac bona applicari nico solent, nisi leges peculiares eadem delinquent in pia opera distribuenda. Quemadmodum bona peregrinorum decedentium linea tellurante, Episcopus ergo in opera pia debet, ut declaravit Authentica Omnes peregrini cod. commun. de successo. Si peregrinus intellatus decellerit, ad bohipitem nihil pertinet; sed bona ipsius per manus Episcopi loci, si fieri potest, hereditus tradatur, vel in causas plus erogentur. Si tamen in hospitio peregrinus decellerit, habeatque xenodochium privilegium quo eidem adjudicentur bona peregrinorum sine testamento decedentium; tum hospitiale heres efficit.

VI. Quest. IV. *Cuius sint bona perdita ab rebus alienatis, & ab alio inventis?* Relp. Qui inventi alienata, puta annulam, crumenam, vestem, & cunctis generis hinc, dominis restituere tenentur: alioquin furti crimen per-

petrat. Si dominos ignoret, adhibere diligenter. Si dominos ignorat, adhibere diligenter maiorem aut minorem iuxta maiorem minoremve rei inventae valorem, et eorumdem aequaliter notitiam. Corundum illi est ut e fugillis res inventa deuaniat, aut publicis locis affigenda folia sunt, in quibus inventa bona, cautionibus adhibitis, manifestentur. Qui moralem diligentiam omitunt, qua dominii rerum inventarum admoneantur, furtum committunt praefata bona retinentes. Si plures compareantur dominii rerum inventarum, & colligunt ex signis nequeat quinam sit versus dominus; tum tribuenda bona illis sunt, ut ita ales eadem inter se dividant. Neque inventor patere quicquid a domino pro inventione iure valet; nisi in custodia rei inventa aliquid expendat, aut labore, & incommodum pallus effert. Accipere tamen potest munus, quod dominus ob latitudinem repte rei, & in gratia animi argumentum rependet. Verum si ingratus dominus efficit, nihil donec vellet; revertetur adhuc inventor bona reddere. Ut & inventores rerum facile restituant, & dominii liberales evadant in remunerando inventore, libertate transcribere quod S. Augustinus exarrat tert. xix. de verb. Apollon. Pauper (inquit) impinguat sacculum (nisi forte membrorum fallit) cum solidis ferme ducetis. Memor legis prospexit pittacium publicum: Qui solidis perdidi, veniat ad locum illum, & querat hominem illum. Illi qui plangens circinque vagabundus, invento, & lecto pittacio, venit ad hominem: & ne forte querens alienum, quiescat signa, interrogavit facilius qualitatibus, scilicet, solidorum etiam numerum. Et cum omnia illi fideliciter respondidisset, reddidit quod invenerat. Ille a rem repletus gaudio, & querens vicem responderet, tamquam decimas obtulit solidos decutiti, qui noluit accipere. Obtulit vel decimam; noluit accipere. Saltem rogari vel quinque accipere: noluit ille. Stomachabundus homo proicit sacculum. Nihil perdidi, ait: si non vobis aliquis a me acciperet, nec ego aliquid perdi. Quale certamen, fratres mei! Quis pugna! Quis conficitur! Theatrum mundus, spectator Deus. Ubinam haec tempestate eiuniodi Christianorum genus? Quam sint iniqui inventores qui abique mercede reddere inventa nolunt, quare ingratis dominis qui inventoribus munera donare reculant, ex hoc collige exemplo.

VII. Quest. V. *Cuiusnam sunt bona inventa quorum domini possunt adhibentur diligenter non recuperant?* Relp. Inventores sibi retinere posse praefata bona, assertur non

pauci Theologi: quia nec iure naturae, nec iure politivo eiuniodi bona distribuenda pauperibus sunt, nec in pia opera ergoantur. Cum ergo vero domino refutari nequeat, eo quod est ignoratur, communia evadunt. Si communia, ergo primi occupantis. Hanc opinionem defendunt Soto, Medina, Bannez, Cardinalis Gotti, & ali. Opposita sententia mihi probabilior est, videlicet eiuniodi bona inter pauperes distribuenda, aut pios operibus applicanda. Nam licet eorum dominus ignoratur, ad quem illa attinet, & ad eum clamant. Eo igitur quo fieri potest modo eidem refutanda sunt. Porro tametsi eidem in persona refutari nequeant, possunt tamen in eiudem beneficium, & commodum expendi ac distribuari. Quis in inicio potest quemquam dominiorum velle suis bonis frui aut corpore, aut anima? Neque corpore frui ergo anima. Ergo si reddi corporis sequuntur, anima reddenda sunt. Animæ restituuntur, dum in pauperes, aut in pia opera ergoantur. Ergo hoc pacto distribuenda bona debent. Accedit hominum piorum conlectudo, & praxis, quia eiuniodi bona in pios usus distribuantur. Moratorum quippe hominum conlectudo vera legis interpres est. Quia in huius sententiae probationem diximus, confirmat S. Thomas 2. 2. quest. lxxi. art. 5. ad 3. Si ille cui fieri debet refutatio, sit omnino ignarus, debet homo refutare secundum quod potest, scilicet dando in elemosynas pro salute ipsius (ive si mortuus, sive si virus) promissa tamen diligenter inquisitor de persona eius cui est refutatio facienda. Neque oblatus quod opponit Cardinalis Gotti qual. vi. dub. 3. §. 3. ex S. Thoma loc. cit. quest. lxxi. art. 5. ad 2. quod bona inventa si pro derelictis habentur, & hoc credat inventor, licet sibi ex retineat, non committit fortum: alias autem committitur peccatum furti. Unde Augustinus dicit: si quid insensiti, & non redditivi, rapapi. Vera haec sunt. At confundi non debent bona inventa cum bonis derelictis. Hec presumuntur ratiocini derelicta esse a domino, ut capitul. initio dixi: securi inventa bona, que licet perdita a domino sint, ad dominum tamen templerentur, nisi figura occurrit, unde colligatur, eadem dominum abieciisse. Non peccat ergo ille qui bona inventa prudenter credens esse derelicta, sibi applicat. Peccat vero inventor, si bona inventa que pertinent ad dominum, sibi retineat. Et tunc cenitela sunt pertinere ad dominum, quando gravia figura non adiungit illa dominum abieciisse;

quod raro accidit. Sententia nostrorum accedunt Salmanticensis tract. XII. cap. II. punct. 8. §. 2. num. 83. ubi pro eadem laudant Caesarium, Rebullanum, Caffropalatum, Tapiam, Lefflum, Lugo. Nec opposite sententia ratio confitit; immo ex iis que dicta sunt, corruit. Nam iure nature restituere vero dominio bona sua tenentur inventores eo modo quo posunt, ut declaravi.

VIII. Auctores laudati advertunt, res invenias tamdui servandas esse, quia mundi spes adiutori veri domini reperiendi. Si res diuturnam conferuentem non patiantur, vendi debent, ut pretium seruerent. Contendunt etiam, post inventores a summo Pontifice bullam impetrare compositionis, & domino non comparent, bona compliciti sibi retinere. Verum ego, nisi pecuniaris urgeat causa vera, cuiusmodi compoenda non admittem: quia nempe frequenter vera causa non sunt quae summo Pontifici exponuntur. Quandoidem si inventores veri pauperes sint, domino non reperto, applicare sibi bonorum partem, immo omnia luxa gradum egeantur, & bonorum quantitatim posunt. Quia in respondit viri iudicium adhucendum est, contendo paupertatis statum cum bonorum valore. Si enim pars bonorum fat est ad levandum paupertatum inventoris, in aliis pauperes alteram partem erogare inventor alfringitur. Ultimo loco concludunt, facta distributione in pauperes, domino comparenti nihil restituendum esse, posita bonorum consumptione. Quid, si paupera bona in specie convertent? Negant restituenda esse domino comparent Salmanticensis loc. cit. num. 87. cum Soto, Ledesma, & aliis: quia elemosynam acceptam restituere pauperes non tenentur. Adhucman vero Caffropalatum, & Laymannus. Sed circumstantia pauperum, dominorum, rerum valoris, & qualitatis spectanda sunt. Si enim pauperes facti ditiones essent, & bona illius generis forent que valde cara dominis essent; tum pro bono & aquo componi negotium deberet. Si inventor ipso bona fide rem conlumpit, tenetur ne domino apparent tantumdem restituere? Si factis ditionis sit, eum restitutions oneri subiectum est, affirmant communiter Theologi; si vero ditor factus non sit, & revera bona fidetur consumptient, ad nihil teneri subdunt. Sed etiam hic spectanda circumstantiae sunt quae mox indicavit.

IX. Quæst. VI. Cuiusnam sunt thesauri inventi? Resp. Duplex thesauri genus communitate distinguuntur. Thesauri minus proprie accepti nomine intelliguntur magna divitiae,

& rerum pretiosarum cumulus. Quæ divitiae, relique pretiosi, si metus causa, puta tempore belli, vel ad maiorem securitatem, & custodiad libe terra, in sepulcris, aliive locis abcondantur, vocantur thesauri improprie dicti. Qui hunc thesaurum invenit, furti reus est, nisi rotum domino, aut hereditibus restituatur. Thesaurus propriæ dictus, de quo loquitur S. Thomas, initio capituli superioris citatus, definitur sibi de acquir. ver. domi. I. Numquam §. 1. hoc pacto. Thesaurus est vetus quadam depositio pecunie, cuius non existat memoria, ut tam dominum non habeat: sic enim fit eius qui inventus, quod non alterius sit. Alioquin si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel cunctis considerit sub terra, non est thesaurus, cuius etiam futurum sit. His ultimis verbis indicatur id quod dictum modo est, nempe thesaurum non esse pecuniam, aut quamcumque aliam rem, metus, aut custodia causa, abconditum. Ad veram itaque thesauri rationem requirunt quod fit vetus depositio, cuius non extet memoria; atque adeo nullus dominus reperiatur, nec domini heredes.

X. Descriptus thesauri natura iure est inventor, ut lega circa definitum est, donecque S. Thomas loc. laud. quia inter bona derelicta, & communia thesauri reputatur, quae sunt primi occupantia. Plures tamen leges positivæ prodiero quæ statuunt, quibus applicandus, & quoniam distribuendus thesaurus sit. Si arte magica thesaurus inventus fuerit, totus filio est applicandus ex I. unica C. de thesauri. Nemo C. de maleficiis. Thesaurus in proprio fundo, aut domo calvo, aut industria repartus, iure communis est inventor. Si calvo in domo, aut fundo alieno inventus thesaurus fuerit; medie pars inventoris, & media pars loci domino adjudicatur. Si ex industria in possessione aliena thesaurus qualitus fuerit; totus domino debetur, ut committere docent omnes. Addant tamen, inventorem thesauri ex industria in fundo alieno non teneri reddere domino loci thesaurum repertum ante iudicis sententiam: quia lex vetans fodere in alieno fundo ponens damnum est. In peccatum quippe delicti fodendi in solo alieno decrevit est, thesaurus ex industria qualitus tribuendum fundi possessori. Thesauri tamen calvi reperti in alieno fundo dimidiam partem tribuendum esse domino ante iudicis sententiam docent: quia lex ita partitionem prescribens, non penalitatem, sed in sequitate fundata est; atque adeo in conscientia fervanda, nulla expectata iudicis sententia. Ita docent Bannez 2. q. lxi. dub. circa 3.

conclus. conclus. 4. Lefsius Lib. II. cap. vi. num. 59. Caffropalatum dipp. unic. punct. 17. num. 2. Laymannus cap. v. num. 23. Lugo dipp. vi. loc. II. Salmanticensis tract. XII. cap. II. punct. 8. §. 3. num. 93. Non video cui personaliter tantum dicenda: lex fit quae in alieno loco fodere vegetatur. Nemo ius habet soli alieni invadendi, fodendi, vertendique. Iure ergo euimodis actiones venturantur; immo quia sequitati, & iustitia repugnant, sub pena restituendi thesauri fundi domino prohibita sunt. In conscientia igitur obligant: & pena adiecta est, ut ferioris observentur. Quare in utroque calvo ante iudicem tententiam levandae leges sunt, ut ego quidem arbitror. Verum hoc raro accidit. Et si interdum contingat, spectande circumstantiae sunt. Vix autem contingere calvo potest in quo thesauri reperitur, five calvo, five industria illum quebitur, excludi a partitione prioris debeat.

XI. Qui ex domini contentu in iure fundo thesaurum querit, inventus, domino reddere debet; si certo sciens esse ibidem thesaurum, nihil domino manifestavit. Si autem conjecturus damnum innixus, contentum fodendi obtinuit, tum nihil reddere praterdamni illati compensationem domino tenetur. Verum in hac materia bona incedendum sicut est, & pacta cum fundi domino statuunt, ut iustitia integrata conflatur.

XII. Quæst. VII. Quænam sit dominus fundi, cui thesauri vel calvo, vel industria inventus debet aut in toto, aut in parte? Respon. Non iuridictionis, sed proprietatis dominus est cui thesauri inventi pars debetur. Quare thesaurus five in via, five in platea, five in quocunque loco publico, quocunque modo, calvo, industria repertus, totus est inventoris; nihilque reddere Rector, Gubernator loci debet. Si tamen thesaurus in locis quorum dominium Republica haberet, in filiis, pratis, nemoribus, quorum dominus proprietatis Princeps est, repertus sit; tum levandae sunt leges de tali inventione late. Quid si dominium dividuum sit, & alter directum, alter dominum nile habet? Tum pars thesauri calvi inventi debita domino dividenda inter dominos proprietatis, & illustratio est; ut in fundo, & emphyteuti. Si industria qualitus thesauri sit, rotulique debetur domino, altera pars danda est domino directo, altera domino usufructus. Si vero inventor thesauri five calvo, five industria fuerit dominus directus, tum tres partes inventori domino directo, & quarta usufructuaria adjudicanda

est. Exciplium citari Auguste maritum ulmifrustrum doris thesaurum inventorem, de quo I. Divortio §. Si fundus est Solomonicum statuum est, thesaurum inventum in fundo dotali in genere habet usufructum, non debet vivere, sed uxori cuius est fundus; quia thesauri non est fructus fundi. Hunc ergo textum respecte haud potui. Quin si. 24. tit. 3. Solato matrimonio, I. Fructus 7. §. 12. statutorum: Si fundus virorum in dotem dederit &c. sub finem §. adiungit: Si thesaurus fugit inventus, in fructum eius nos compatisimus; sed pars eius dividenda restituetur, quia in alieno inventi. Ex quo colligitur, dividimad thesauri inventi partem uxori, alteram marito inventori debet.

XIII. Quæst. VIII. Thesaurus inventus in agro empto debetur non emptori, aut venitio? Resp. S. Thomas, ut patet ex allata eius doctrina, & communiter Theologi, ac Ipsi adiudicant emptori, live ignoraverit, five favorit ante emptiōnem reperti in agro thesaurum. Quoniam post emptiōnem emptor abdolitus agri dominus est. Thesaurum itaque inventus non in alieno, sed in suo fundo. Ergo totus est inventoris. Et hoc confirmit parabolæ evangelica Matth. xv. quam addidit S. Thomas, cuius textum sub capitulo istud exhibet. Similiter qui in facco empto, avena, aliave pleno, nummos auctos inventit, non tenetur restituere venditori, quia venditor, inquit Gotti quæst. vi. dub. 2. num. 21. cum ignoraret in facco latere aurum, propter ignoriam non est effectus auri dominus. Sed distinguendam est. Si nummi auri sint venditoris, aut alterius dominii, & nominis fortuito inclusi, mixtæ que fuerint in merce vendita; tum dubio procul domino restituendi sunt. Si nummi inter bona derelicta computari queunt, tum tantum inventoris, ut de thesauri reperto in agro empto dictum est. Haec vi legum, & communis doctrina dicta sunt: ceterum quæ proprie patre, & principatus leges circuia thesauri inventionem latas confulere debet, eisque patere.

XIV. Similiter dicendum est de mineralibus, veniente metallicis, que iure nature sunt primi occupantia. Ceterum iure possumo humano hac omnia ad Principes, & Republicas pertinent, quæ iure libi eadem relevare poterunt.

## CAPUT XIII.

De dominio acquirendo vi alluvionis, accessionis, specificationis, commixtionis, confusonis.

**A**Lluvionem flumina inducent, dum **A**uni praedio partem terra decerpunt, & alteri adiungunt. Quid duplex contingit modo. Primo solum lumen lumen, dum flumina paulatim quid terra corrodunt ex una ripa, & in alteram ferre occulunt important. Secundo, dum sensibili praedi portionem avelant, eamque alio transferunt. Alluvionis infensibili illi dominus est cui predium augetur. Alluvionis vero sensibili, seu parentis dominium manet penes praedi a quo dema terra est, dominum; nisi hic aquallam terram pro drelicta habeat; aut nisi tam longo tempore alieno solo terra avilla habeat, ut arbores cum terra translate ibidem radices egerint, ut declaratum est in *Instit.* §. 3. Praeter de rerum divisione, huc pacifico. Preterea quod per alluvionem agro non flumini adiicit, iure gentium sibi acquiritur. Est autem alluvio incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adiici quod ita paulatim adiicit, ut intelligi non possit quoquo momento temporis adiicitur. Quod si vis filius de tuo praedio aliquam partem deraveris, & vicini praedio attriveris; palam est eam tuam permanere. Plantae si longior tempore fundo virginis tui habefit, arboreisque quas fecum traxisti, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicino fundo acquisita esse.

**I**II. De insula vero aut in mari, aut in flumine comprente, hoc statutum est, de acquir. rei dorp. I. Adeo quidem §. 3. Insula que in mari nascitur (quod raro accidit) occupans sit, nullius enim esse creditur. In flumine nata (quod frequenter accidit) si quidem medianam partem fluminis tenet, communis est eorum qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia possident, pro modo latitudinis cuiusque praedi, qua latitudo prope ripam sit. Quod si alteri parti proximit, eorum est tantum qui ab ea parte prope ripam praecia possident.

**I**II. Accelio est que rei tue quidquam agent. Duplex est. Altera naturalis, ut in partu ancille, in fetibus pecorum, & plantis, que in tuo fundo nascuntur. Altera industrialis, seu artificialia, qualis est que fit per picturam, per inadificationem, scriptio- nem, intestram, plantarum insitionem, &c.

Dominus accessionis per nativitatem est dominus rel. Dominus ancille est dominus partus eius eadem nati, namets pater liber sit, eo quod partus featur ventrem. Dominus pecoris dominum habet fetusum. Dominus fundi est dominus arborum ibi nascientium. Accessio industrialis haec statutum iuri in *Instit.* de rei, dicitur.

*Quisquid plantatur, feritur, vel inadie-  
ficatur,*

*Onne polo cedit, radices si tamen egit.*

IV. Si tuum gemmam alieno auro ornatis, tuoque vali lapides pretiosos interversis, five bona, five mala fide, dominus eadis. Dominus tamen rei adiectae tua actionem conditionis ad repudendum premium habet, quando bona fide id peregeris. Si enim fides mala fuit, tunc dominus furti actionem contra te habet. Heinc si in tuo solo ex aliena materia significum contruxeris, dominus es adiectus: quia quod solo inadiecat, solo cedit, ut statutum est in *Instit.* de rei, dorp. §. Cum in suo. Duplicem raman solvere premium adiector debet. Contra si quis ex propria materia in alieno fundo adiectus, ille eius est dominus cuius est colum. Immo ipsius materia dominum. Acquirit dominus toti: quia qui faciens, & volens in alieno fundo adiectat, voluntarie alienat materiam suam. Qui vera in alieno fundo adiectat, quem fide bona putat eius fuisse, si versus dominum fundum repetit, solvere materiae premium, & operariorum labores debet: quia nemo ditari cum possessoris bona fidei detrimet licet potest. Plantae alieno solo inferte, si radices nondum egerint, sunt illius qui plantat. Si vero radices egerint, ad fundum dominum attinet, ut definitor *Lib. II. Instit.* §. 31. Si *Titus*, ubi hec habentur: Si vicini arbor ita terram Titii preferunt, ne in eius fundum radices egerint, Titii offici arborum dicamus. Ratio enim non permittit ut alterius arbor effe intelligatur quam cuius ipsius fundum radices egerint. Et ideo prope confrinium arbor posita, si etiam vicini radices egerint, communis sit.

V. Littera in aliena charta, vel membra na exarata non scribentur, sed domini charte sunt. Contra vero tabula pictura cedit, maxime si excellens pictura fuerit, ut habetur si. 41. tit. I. l. *Qa ratione* §. 1. Littere quoque, litterae amae sunt, chartis, membranis que cedunt, ac solo cedente solent ea qua adiectantur, aut feruntur. Item. §. 2. Sed non ut litterae chartis, membranis cedunt, ita solent pictura tabulis cedere; sed ex diverso placuit tabulis pictura cedere. Utique tamen

## DISS. I. DE IUR. NOT. MAT. &amp;c.

23

tamen coenveniens est domino tabularum adulterius eum qui pincerit, si tabulus possidebat, usque actionem dari, qua ista efficaciter exprimit potest, si pictura impensa exsolvet, aliquando moebet ei malis dolis exceptio. Vide plures ibi. Pictus tenetur preterm tabula solvere domino.

VI. Alter modus acquirendi dominii est *specificatio*, que tunc est, quando ex alterius dominii materia nova rei species coalefacit, ut ex uva vinum, ex olivis oleum, ex argento vas. Debet *Lib. II. Instit.* tit. I. §. 25. Ius habetur fermo; & hec reguli statuuntur. Si ea species ad priorem, & rudem materiali reduci possit, evum ruderum dominum efficitur, qui materia dominus fuerit. Si non possit reduci, eum potius intelligi dominum qui fecerit: ut ex vas conformatum potest ad rudem materialm vestrum, vel argenti, vel auri reduci. Vinum autem, vel oleum, aut fragmentum ad uvas, vel olivas, vel species reserui non possit: ut ex melum quidem ad vinum, vel mel resolvi potest. Quando ex duobus fit unum tertium, vocatur *confusio*; ut in adducto exemplo mellis, & vini: & tum dominium evadit commune. *Commixtio* autem est, cum res ita milcentur, ut partes eadem permanentes confundent unum tertium, ut cum pecunia, frumenta, &c. permixtetur. Quando corpora mixta distinctori, & separari valent; tum attinent ad ius respective dominos. Quando et contrario prefata corpora ita miscentur, ut nec distinctori, nec separari valent; dominus eorumdem evadit: pretium tamen aliena rei tuae permixta solvere astringeris.

## CAPUT XIV.

De modo acquirendi dominii per prescriptio- nem, seu usufacionem.

I. Implicatum questionem discussiendam ag-  
gredimur. De prescriptione, vi cuius  
dominia transferuntur, lato calamo urru-  
que iurius. Doctores disputant. In *Instit.* Lib.  
II. tit. vi. totus est de usufacionibus. Cod.  
vii. iii. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX.  
& seqq. de prescriptioribus fermo est. Pa-  
ci tamen, potissimum en *Catalibus*, accurate  
argumentum illud illustrarunt. Committunt  
Theologici, & Iusti a iure civili prescriptiorum  
initia reperunt; sed altius illa suam arceffit  
originem.

II. Distinguenda itaque primum omnium  
est prescriptio que a iure naturali, divino,  
& gentium proficitur, a prescriptione

que iure positivo cum canonico, cum ci-  
vili circumscripta est. De illa primum, mox  
de altera mili sermo erit.

III. Prescriptiōem ut iniquam detestan-  
tur hagricorū septentrionalium non pau-  
ci. Cuiuscippe, aliquo celeriterius *Iust.* est.  
Cuiusque ipse, & gentium *comitium* *Hugo Grotius de I. B. & P. Lib.* II. cap. iv. Samuel Pufendorfus de *iur. nat.* & *gent.* Lib. IV. cap. xi. Vitriarius *Instit.* iur. nat. & gent. Lib. II. cap. vi. ut mittam  
innumeros alios.

IV. Ab eodem fonte unde rerum dominia  
manant, profecta usufacio est. Receptio  
bonorum partitionem invexit ad pacem,  
& tranquillitatem populum servandam.  
Popu rerum dominia, & partitiones occupa-  
tionis, & possessionis cooperant. At non  
minus tranquillitat, & paci expedit pres-  
criptio rei occupata quam ipsa rerum divi-  
sio. Si enim rerum possidens bona fidei se-  
cure non effet post longioris temporis occu-  
pationem, omnia iuris, diffidis, & li-  
bentia patent, nisi prescriptio beneficio iuvaretur. Ergo illud ipsum ius naturale  
non congruam populorum tranquillitat iu-  
dicavit bonorum partitionem, prescriptio  
nem quoque insinuavit, vi cuius rerum occu-  
patores, & possidenses contra invaderes  
securi forent.

V. Quid igit iphi Ethnici hanc doctrinam  
tradunt? Plato *Lib. II. de leg.* inquit: *Res  
mobilia, petram, & publice possessum, anno  
usufaci: si clam possidatur ea res triennio  
guidem, sed in urbe, at in agro palam quin-  
quennio, occulte vero decennio usufaci.* In  
fragmentis XII. Tabularum tit. xxiii. haec  
habentur. *Lex iubet usum, & autoritatem  
fundi esse biennium*, ceterarum rerum annus  
est usus. Marcus Tullius *Lib. II. offic. cap.*  
xvi. fuit haec de scribit. *Quam autem (in-  
qui) labor agitatus ut agros malis anni-  
nis, aut etiam seculis ante possessum, qui ini-  
tium habuit, habeat; qui autem habuit, amittat?* Ibidem narrat Aratum Sicyonum, re-  
cuperauit sua urbe, non aquam arbitratum  
esse, possidenses quinquaginta annorum bo-  
nis ipsolare. Quare, soluta pecunia, possi-  
dentes antiquis dominis restituitur.

